



**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Pœnis. Tit. XXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95280)

ad expensas, quæ non obstante iuramento sunt sol-
tendæ ad arbitrium iudicis. Colligunt ex Ordin. Abb.
antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr.
Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. in ration. lib. 5.
iuris Pontif. pag. 235. Alagona in compend. iuris Canon.
pag. 735. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. & Casal.
in annot.

- 2 Statutum editum, &c.] Notatur ad hoc, quod casus
omissus à statuto, vel consuetudine, pro omisso habe-
tur, vt per Tiraq. de iure primog. g. 4. c. 1. n. 194.
3 Super damnorum articulo, &c.] An autem & quando
appellatione expensarum veniant damna, & interesse
vide Boër. decis. 52. n. 7. Card. Tusch. præf. concl. tom. 3.
lit. E. concl. 637. per tot. Perez ad lib. 4. Ordin. pag. 831.
Surd. decis. 261. n. 4. metipsum in tract. de appellatua
verborum utriusque iuris signif. appell. 68. n. 6. & appell.
92. ex n. 3.

S V M M A R I V M.

- 1 Compendium huius text. refertur.
2 Damnum ubicunque subsequitur ex aliqua culpa
quantumvis leuissima, videlicet in commodato,
vel deposito, ille, cui res commodata, vel in deposti-
tum data fuit, tenetur semper ad restitutionem in
vniuersum de toto damno.
3 Damni qui occasionem dat, damnum ipsum dedisse
videtur.
4 Paria sunt scire, & scire debere.

CAP. Si culpa. IX. & fin.

- 1 Damnum quando culpa alicuius datur, vel irro-
gatur iniuria, aut auxilium illam irrogantibus
præstatur, vel hæc eueniunt impetitia eius, vel negli-
gentia, tenetur ille satisfacere, nec excusat ignorantia
si scire debuit ex suo facto posse verisimiliter contin-
gere iniuriam, vel iacturam. Item si animalia Petri
nocuerunt alicui, tenetur Petrus satisfacere nisi ani-
malia damnum passu dederit. Verum si animalia erant
ferocia, & quæ consueverunt nocere, & diligentia de-
bita non fuit præstita, non liberatur Petrus dando ani-
malia; item licet qui causam, damnum ipse dedisse
videatur, tamen secus est in eo, qui adhibuit omnem
diligentiam quam debebat, ne contingeret. Colligunt
ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel.
Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin.
Viuian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 236. Alagona
in compend. iuris Canon. pag. 735. remissive Ximen. in
concord. p. 2.
2 Notant hic text. ad hoc, quod in commodato, lo-
cato, vel deposito, aut ubicunque damnum subse-
quitur ex aliqua culpa quantumvis leuissima, siue
Theologicæ, siue iuridicæ sumpta, ille, cui res com-
modata, locata, & in depositum data est, tenetur
semper ad restitutionem in vniuersum de toto damno,
vt per Bejam respons. casuum cons. p. 2. casu 20. vers.
probat. Sayr. in clau. Regia. lib. 10. tract. 3. c. 1. n. 10.
3 Qui occasionem damni dat, &c.] De hoc principio
vbi Decian. consil. 218. n. 4. Surd. decis. 326. n. 23. & 24.
Ferrer. in constit. Catalauiæ. gloss. 5. n. 287. Card. Tusch.
tom. 1. lit. C. concl. 138. num. 4. & tom. 2. lit. D. conclus. 6.
Thom. de Thomaf. in floribus legum regul. 244. vbi ait
procedere, quando causam propinquam dedit, latè
ego ipse de appellatua verborum utriusque iuris signif.
appellat. 63. ex n. 1.
4 Si scire debuisti, &c.] Paria enim sunt scire, & scire
debere, l. quod te, in fine, vbi gloss. ff. si certum per.
Barbof. Collect. Tom. III.

vbi Butigel. n. 9. §. si duo. ff. de acquir. hered. Tiraq. de re-
tract. lign. ad fin. tit. n. 41. Steph. Gratian. discept. forens.
c. 194. n. 1. Ego ipse in tract. de appellatua verborum
utriusque iuris signif. appellat. 154. n. 29. & ibi citatis
adde Decian. consil. 76. n. 6. lib. 4. Bapt. Costa de facti
scientia & ignor. inspect. 65. & alios relatos à Farinac.
fragn. crimin. p. 2. lit. I. n. 163.



De Poenis.

TIT. XXXVII.



VPER hanc rubr. scripserunt Zabarel.
Ioan. Andr. Anchar. Panorm. Butr. Mar.
Socin. Durand. in breuiario aureo iuris
Canon. fol. 151. Ioan. de Londris in bre-
uiario sanctorum Canonum. fol. 182. verso.
Martin. Melnart. in epitome Decret. fol. 198. Petrus de
Rauenna in compend. iuris Canon. Dan. Venat. in analyt.
method. iuris Pontif. à pag. 716. Goffred. & Host. in sum.
huius tit. Alex. Callan. & Anastaf. Germon. in paratitlis
ad quinque libros Decret. Barth. Carthag. in exposit. sit.
iuris Canon. Zypæ. in analytica postremi iuris Ecclesiast.
enarrat. p. 434. nouissimè Ioan. Honor. lib. 5. summ. in
Decret. omnes sub hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Delinquens toties puniendus est, quoties reiterat de-
lictum.
2 Iteratio eiusdem criminis ex intervallo nouum de-
lictum est.
3 Subreptitia dicitur Principis venia, non facta men-
tione de iterato crimine.

CAP. Ea, quæ. I. Concil. Tolet.

Delinquens toties puniendus est, quoties reiterat
delictum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc.
Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm.
Marian. Socin. Viuian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.
238. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 736. re-
missive Ximen. in concord. p. 2. desumitur ex Concil.
Tolet. vt vulgo tribuitur, sed ex quo Concil. sumptum
sit nondum inuentum est, referant Burchard. lib. 1.
Decret. c. 158. & luo part. 15 c. 160. & Anton. August.
collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 32. c. 1.

Hanc eandem concl. & quod iteratio eiusdem cri-
minis ex intervallo, nouum delictum est, desumit ex
hoc text. Conat. variat. lib. 2. c. 10. n. 8. vers. quod verò.
Vnde subreptitiam dici Principis veniam, non facta
mentionem de iterato crimine, tenuerunt Padil. in l.
transigere, n. 63. C. de transact. Tiraq. de poenis temperan.
causa 10. n. 4. Henriq. in summ. lib. 13. c. 30. §. 1. plures
per Cened. ad Decret. collect. 13. n. 4. quibus adde Farin.
in praxi crimin. p. 1. q. 9. n. 49. Nicol. Garc. de benef. p. 8.
c. 3. n. 28.

S V M M A R I V M.

- 1 Presbyterum interficiens puniendus est, & pœna pars
vna Ecclesiæ, cui præfuit, alia pars pro eius ani-
ma distribuitur.

7 2 2 Panis

2. *Pœna ubi à iudice inferitur ob iniuriam clerico irrogatam, & ea pecuniaria sit, dimidia pars competit Ecclesiæ, altera in utilitatem læsi est distribuenda.*

CAP. Presbyteri. II.

Ex Concil. Trib.

1. **P**resbyterum interficiens, debet componi, & solvere Episcopo Presbyteri, qui tribuat dimidiam partem in utilitatem Ecclesiæ, cui Presbyter præfuit, alteram det in elemosynam pro anima mortui. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Vin. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 238. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 736. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. definitur ex Concil. Triburien. sub Arnulpho Imperator. c. 4. sed aliis verbis referunt Borchard. lib. 6. Decret. c. 11. Inop. 10. c. 140. Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 32. c. 2.

2. *Probat hic text. quod ubi à iudice pœna inferitur ob iniuriam clerico irrogatam, & ea pecuniaria sit, dimidia eius pars competit Ecclesiæ, cuius rector ipse iniuriam passus existit, altera pars in utilitatem læsi est distribuenda, ut per Iac. in l. si transigere, n. 4. C. de transact. Roman. sing. 443. Couar. lib. 2. variar. c. 9. n. 10. ubi aduertit, quod dum hic text. dicit, & alteram in eius elemosynam in l. si dispertiat, intelligendus ita est ut ad elemosynam pro anima clerici interfecti ea distributio referatur.*

S V M M A R I V M.

1. Prelati pro criminosis sustinendis pecuniam exigere non debent, nec etiam correctionis causa ex cupiditate pœnam pecuniariam ponere.
2. Episcopus correctionis zelo pœna pecuniaria clericos punire potest.
3. Pœnas pecuniarias Episcopus non potest convertere in suos usus, sed ne quidem in fabricam Ecclesiæ Cathedralis, aut mercedem Vicarij.
4. Episcopus ubi admodum pauper est, pœnas pecuniarias sibi assumere potest.
5. Pœna pecuniaria concubinatum in prima admonitione Episcopus punire potest.

CAP. Licet. III.

Alex. III.

1. **A**rchidiaconi pro corrigendis excessibus, & peccatis non debent exigere pecuniam à clericis, vel laicis. Item pro annua exactione non suspendant personas, nec Ecclesias interdiciant, nec exigant pecunias ut in Ecclesiis Vicarios cantare permittant, nec similia agant, quæ ex radice auaritiæ procedunt, & si præsumpserint contra facere, sunt excommunicandi cessante appellatione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Cened. collect. 170. Host. Butr. Anchor. Panorm. Marian. Socin. Vinian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 238. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 736. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 32. cap. 3. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 2. c. 3.

2. *Licet Episcopus correctionis zelo pœna pecuniaria clericos punire possit, potissimum ubi ea magis time-*

retur iuxta glof. & Panorm. in præfati, & que tradit Bernard. in præf. c. 145. n. 1. & 2. in nonis impress. Cuius lib. 1. var. c. 9. vers. secundum, non sunt tamen huiusmodi pœnæ ad imbutandum, quia tunc præsumitur emulare ex fonte auaritiæ, ut text. in præfati ponderat, et calu necessarii intelligendus est, sed causa correctionis, ex fonte charitatis, quod præsumitur in l. si dum iudex non imbutat, sed pauperibus erogat, quod quidem Concil. Trident. sess. 25. de reformat. c. 1. concilio nobis demonstrat, sed etiam percipit ut modica pecuniaria eo ipso, quod taxatæ fuerint, pœna loca assignentur, adeo quod refertur eiusdem Sacram. Concil. Congregationem censuisse non posse Episcopos ipsas pœnas, non solum in suos usus, sed ne quidem in fabricam Ecclesiæ Cathedralis, aut mercedem Vicarij, aut aliorum officiorum curæ convertere, proinde tenent Galet. in margarita casuum conscientie, verbo pœna 1. optimè Quaranta in Summa Bullar. verbo pœna pecuniaria, Strozz de officio Vicarij lib. 2. ad tit. 9. n. 1. & 2. Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiæ diff. 19. in 1. edit. & resolut. 300. n. 3. in 2. edit. ubi refert eandem Sacram. Congregationem censuisse de ipsis pœnis, nec postea Episcopum portionem aliquam assignare Vicario pro sua mercede, & minus Cameræ Episcopali, non obstante contraria consuetudine, etiam in minima parte. Item, & per eandem Sacram. Concil. Trident. Congregationem fuisse declaratum, ubi Episcopus, modum pauper esset, eas sibi assumere posse refert Andr. Molfes. in comment. ad consuetudines Neapol. 7. q. 64. sub n. 24. Aloys. Ricc. ad resolut. 300. n. 3. vers. 1. Verum autem Episcopus in prima admonitione pœna pecuniaria concubinatum punire, vide Tit. Valasc. alleg. iuris rom. 5. alleg. 14. n. 11. & 12. Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiæ diff. 37. in 1. edit. & resolut. 319. n. 3. vers. 1. accedat in 2. edit.

S V M M A R I V M.

1. Victus victori in expensis condemnandus est, & in parte petente, ut n. 3.
4. Fiscus victus non condemnatur in expensis.
5. Causa iusta litigandi potest excipi a pœna expensarum.
6. Causa iusta litigandi que sit, arbitrio iudicis relinquatur.
7. Litigandi iustam causam habere censetur, qui habet pro se opinionem alicuius magni Doctoris.
8. Litigandi iustam causam victum non habuisse in dubio præsumitur.
9. Victus in expensis non condemnatur, si ex simpliciter probatione, & ob delationem iuramenti applicetur pars aduersa obtinuerit.

CAP. Calumniam. IV.

Victus in causis pecuniariis victori condemnatur in expensis, quando sententia fertur pro præfati secus quando pro absenti. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchor. Panorm. Marian. Socin. Vinian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 239. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 736. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 32. c. 5. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 3. c. 2.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Resbuff. rom. 2. ad leges Gallie, tract. de expens. art. 1. §. 1. vnic. n. 6. Vinian. rom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 1. n. 9. pag. 365. cum seqq. Azin. in praxi Florent. §. 32. c. 1. Bonac.

CAP. Quod in dubiis. V.

Innoc. III.

Bonacof. *comm. crim. p. 1. verbo victus*, fol. 183; Hippol. *conf. 36. n. 1. & conf. 44. n. 23. & 27.* Seraph. *de priuil. iur. am. priuil. 13.* Soar. *de Pace in pract. tom. 1. p. 1. temp. 4. n. 37.* Viu. *Neapol. decis. 47. n. 2. & decis. 479. n. 7.* Gutier. *pract. lib. 1. q. 135. n. 2.* Fachin. *controu. lib. 1. c. 42.* Cened. *ad Decret. collect. 60. n. 4.* Steph. *Grat. discept. forens. c. 33. n. 39.* Marta *in votis nouiss. dec. voto 87. n. 5.* D. Barbof. *in l. eum, qui temere, a princip. ff. de iudic.*

Intelligo petente parte victum in expensis condemnari, aliàs secus, vt docent citati à Cened. *d. collect. 60. n. 5.* quibus adde Viuium *d. tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 1. n. 9.* vers. *hocque intelliguntur*, Perez *l. 1. tit. 1. lib. 3. Ord. pag. 735.* Amat. *Roder. in pract. c. 5. n. 34.* D. Barbof. *in d. l. eum, qui temere, n. 174.* cum seqq. nisi actor in bello petierit ius, & iustitiam ministrari, quia tunc vigore huius clausulæ potest iudex, actor non petente, reum conuentum condemnare in fructibus, vel victum in expensis, vt per Viuium *d. n. 95.* vers. *& eam, pag. 365.* Bernard. *Græue ad pract. Camere Imper. lib. 1. concl. 61. consil. 3. n. 4.* quos refero ego ipse *clausul. 35. n. 2.*

Limita in fisco victo, qui non condemnatur in expensis, vt per Azened. *l. 1. n. 9. tit. 22. lib. 4. noue recap. Peregr. de iure fisci, lib. 7. tit. 4. n. 14.* Stephan. *Gratian. discept. forens. c. 33. n. 4.* cum seqq. D. Barbof. *in d. l. eum, qui temere, n. 195.* cum seqq. vbi à n. 199. agit de procuratore fisci, de quo etiam Surd. *decis. 18. n. 4.*

Limita etiam existente iusta causa litigandi, quæ aliquando potest accusare à pena expensarum, de quo vide Rebuff. *d. glof. vnic. n. 47.* Ioseph. *Ludou. Perus. decis. 11. n. 10.* Surd. *de aliment. tit. C. q. 3. n. 27.* Gutier. *pract. lib. 1. q. 135. n. 5.* Farin. *in pract. crim. q. 16. num. 4.* & 73. Steph. *Gratian. d. c. 33.* Card. *Tulch. tom. 3. lit. E.* concl. 625. à n. 73. D. Barbof. *in d. l. eum, qui temere, n. 77.* & à n. 170. Cened. *d. collect. 60. n. 7.* vbi sublimitat in expensis debitis expresse dispositione hominis, vt pote dispositione testatoris, vel contrahentis. Quæ autem fit iusta causa litigandi, arbitrio iudicis relinquitur, Menoch. *de arbitr. cas. 177.* Flamin. *de resignat. benef. lib. 5. q. 3. n. 209.* Farin. *d. q. 16. n. 40.* Ille autem dicitur habuisse iustam litigandi causam, qui habet pro se opinionem alicuius magni Doctoris, de quo vide Menoch. *d. casu 177. n. 4.* Mexiam *in tract. tasse panis conclus. 3. n. 6.* Rebuff. *in autb. habita, C. ne filius pro patre, verbo examinatione, vers. sextum, pag. 579.* Gutier. *pract. lib. 1. q. 136.* Surd. *decis. 58. n. 9.* Marta *in votis nouiss. decis. voto 87. n. 8.* & 9. In dubio autem presumi iustam litigandi causam victum non habuisse, asserunt Menoch. *de presumpt. lib. 1. presumpt. 87. n. 1.* Amat. *Roder. in pract. c. 5. n. 37.*

Limita denique ne procedat dum quis ex probatione semiplena, & ob delationem iuramenti supplementij obtinuerit, vt per Iafred. *Lanfranc. decis. 171. incip. quando actor, & decis. 334. incip. actor, Caluac. Finiz. decis. 15. n. 32.* lib. 1. Camil. *Borel. in summa omnium decis. tit. 54. de iuramento supplementorio, n. 61.* vbi n. 63. sublimitat, si illo, cui iuramentum delatum est, plusquam semiplenè probasset, & aduersarius nihil.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici nauem ad pugnam gubernantes, & conflictum personaliter exercentes, ac alios ad pugnam incitantes, deponendi sunt nisi faciant causam defensionis, & n. 2.
- 3 Clericus militans, aut incitans ad pugnam, an & quando irregularitatem incurrat, remissum.

Barbof. *Collect. Tom. III.*

Sacerdotes nauem ad pugnam gubernantes, & conflictum personaliter exercentes, ac alios ad pugnam incitantes, enormiter peccant, & de rigore iuris deponendi sunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. *Collect. Zab. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 339.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 737.* remissum Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anc. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 19. cap. vnic.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Bernard. *in tract. c. 104. num. 1.* & 2. *in nouiss. impress. Valer. Reginald. in pract. fori pœnit. lib. 30. n. 148.* Vtrum autem, & quando Clericus militans, aut incitans ad pugnam, incurrat irregularitatem, vide DD. *ad c. 24. de homicidio.*

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus pro magno scelere ab eo commissio deponi debet, & in Monasterium detrudi ad agendum penitentiam.
- 2 Clericus pro furtis conuictus, & confessus deponitur, intellige vt ibi.
- 3 Depositionis, & priuationis beneficij pena pro gratis duntaxat crimine imponitur.
- 4 Clericus pro homicidio ultra depositionem in Monasterium detruditur.
- 5 Incestus crimen Clericus committens ab Ordinibus perpetuo deponitur.

CAP. Tuæ, VI.

Clericus deprehensus in magnis sceleribus, vt in latrocinis, debet degradari ab ordine, & detrudi in arcum Monasterium ad agendam penitentiam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. *Collect. Zab. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 140.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 737.* remissum Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 5. sub tit. de vita, & honest. Clericorum, c. 3.*

In latrocinis.] Notatur ad hoc, quodd Clericus pro furtis conuictus, aut confessus deponitur, vt per Maiol. *de irregul. lib. 5. c. 28. n. 1.* Greg. per text. *ibi in l. 6. tit. 6. part. 1.* Bernard. *in pract. c. 93.* vbi Salzed. *lit. A. in nouiss. edit. Maiol. de irregul. lib. 5. c. 28. n. 1.* Illustri. Roder. à Cunha *in comment. ad cap. Presbyter 12. n. 3. dist. 81.* optime Farin. *fragment. crim. lit. C. verba Clericus, n. 316.* vbi n. 317. resoluit, quodd Clericus se latrocinis immiscens non solum deponitur, sed etiam in Monasterium detruditur, & n. 318. aduertit, quodd si Clericus in furtis se immiscuit, id est, noctu, & sine violentia furando, deponitur; si vero in latrocinis, id est, publice, vel per vim furando, degradatur, & in Monasterium detruditur. Hæc tamen pena depositionis imponenda non est, quando furtum est parui momenti, vt tenet Panor. *in presenti, quem sequitur Greg. d. l. 6. in verbo el furto, & Salzed. loco proxime citato.*

Vel aliis magnis criminibus.] Ergo pro omni crimine non imponitur pena depositionis, & priuationis beneficij, sed pro grati duntaxat, vt per Flamin. *de resign. benef. lib. 3. q. 16. num. 2.* Et ita Clericus pro homicidio ultra depositionem detruditur in Monasterium

4 3 ad

ad peragendam poenitentiam, quia cum text. in presenti loquatur in latrociniis, & aliis magnis secleribus, bene comprehendit homicidium, ita Bernard. in pract. c. 97. n. 1. vers. & post decisionem, in nouiss. impress. Placa in epistome delictorum, lib. 1. c. 1. n. 1. 3. Facin. in praxi crim. p. 5. q. 119. n. 48. Sic etiam Clericus incestus crimen committens ab Ordinibus perpetuo deponitur, Couar. de sponsal. p. 2. c. 6. §. 8. n. 3. a princ. Clar. in pract. §. incestus, vers. sed quare, Bernard. in pract. c. 87. n. 1. vbi Salzed. lib. B. in nouiss. impress.

6 Degradati. [Huiusmodi degradationem verbalem, non verò actualem debere esse, tradunt Bernard. d. c. 93. n. 1. in fine, vers. degradationem, Facin. d. lit. C. verbo Clericus, n. 319.]

S V M M A R I V M.

- 1 Contrahentium uterque si venit contra contractum, uterque potest exigere penam ad inuicem promissam ex conventionione.
- 2 Poena que promittitur in contractu nullo, non debetur.
- 3 Pacem si duo fecerunt promittentes sub certa poena non se offendere, & postea se inuicem offenderint, nec constat quis prius inceperit, neuter tenebitur de pace rupta.

CAP. Constitutus. VII.

- 1 Q Vando duo aliquem contractum inter se faciunt & opponunt poenam contra non obseruantem, si utique non obseruat, uterque incurrit poenam, sed fit compensatio poenarum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. lo. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Vin. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 240. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 737. remissive Ximen. in concord. p. 2.
- 2 Contractum non seruans.] Validum scilicet, nam poena, quae promittitur in contractu nullo, non debetur, vt docent Couar. in cap. quantus pactum, p. 2. §. 4. n. 4. Tirag. de constituto. p. 2. limit. 7. n. 28. & de iure mariti, gloss. 5. n. 110. Pinel. in l. 1. C. de rescindenda vendit. p. 1. c. 2. n. 26. Gutier. in l. nemo potest, n. 400. ff. de legat. 1. & de iuramen. confirm. p. 1. c. 26. n. 6. Valasc. consil. 85. n. 2. Cardos. in praxi indic. verbo poena 2.
- 3 Viramque partem, &c.] Per hunc text. tenet Tirag. de penis temper. causa 62. n. 2. quod si duo pacem fecerint, vel promiserunt se sub poena non offendere, & postea se inuicem offenderint, nec constat quis prius inceperit, neuter tenebitur de pace rupta.

S V M M A R I V M.

- 1 Testis si propter vacillationem incarcerationis infamiam non incurrit.
- 2 Delegatus potest punire testem, qui in testimonio ferendo coram se deliquit.
- 3 Iudex secularis Clericum in testimonio ferendo coram se delinquentem nullo modo punire potest.
- 4 Testi vario, & sibi ipsi contrario non est fides adhibenda.

CAP. Super. VIII.

- 1 T Estis qui variat, vel vacillat etiam coram Papa, ac proinde carceratur, non illico fit infamis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. lo. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin.

Vin. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 240. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 737. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decret. lib. 5. tit. de accusat. c. 2.

Notatur ad hoc, quod delegatus potest punire testem qui in testimonio ferendo coram se aliquod crimen commiserit, nempe peritiam, falsitatem, aliter simile, vt per Couar. pract. cap. 18. n. 8. Secularis vero Clericum delinquentem in testimonio ferendo coram se, nec in bonis, nec in corpore, nec principaliter, nec incidenter punire potest, vt per Cou. d. n. 8. Mater. de ordine iudic. p. 6. tit. de inquisit. n. 150. & alim. 1. a princ. Padil. in l. transire. n. 112. C. de translat. Clar. d. 9. q. 38. n. 14. vers. hinc quare, Bernard. in pract. c. 97. n. 1. vbi Salzed. verbo non potest, in nouiss. impress. Gutier. pract. lib. 1. q. 24. n. 1. Facin. contron. lib. 9. c. 27. vers. arua. rior, Facin. in praxi crim. p. 1. q. 8. n. 26. Surdus. q. 27. n. 27. Moder. de iuris d. p. 4. casu 128. n. 7. cum segg. remissive Cabed. Lusit. decis. 77. num. 10. p. 1. lo. An. Gut. reg. 9. n. 6. Franc. Vinian. commun. lib. 1. q. 49. Amles ad c. 48. Pratorum in gloss. quales quier. l. 1. c. 4. places refert Cened. ad Decretum collect. 37. n. 10. & ad Decret. collect. 149.

In gloss. Varietas, ibi, & ideo non facit in ordinem.] Notatur ad hoc, quod non est fides adhibenda vario testi, vel sibi ipsi contrario, imo de falso puniendus venit, l. qui falsus, ff. de testib. canonizata in cap. de falso 4. quest. 3. Clar. §. falsum, vers. segis, Menoch. praesumpt. lib. 5. praesumpt. 23. mon. 2. & 3. Facin. in praxi crim. quest. 6 §. a num. 56. & part. 4. cons. 39. cum segg.

S V M M A R I V M.

- 1 Obligatus soluere certam quantitatem ad certum tempus, alias non soluendo in tempore designatum, ad certam poenam, si soluit maiorem partem debiti, non incidit in poenam propter maiorem partem non solutam, & n. 2.
- 2 Poena conventionalis adiecta obligationi dandi quantitatem intra certum terminum non solutam, licet exigi potest.
- 3 Declaratur, text. in l. Iulianus, §. item Depinatus, ff. de action. empici, & in l. cum allega, ff. de vltis.
- 4 Poena conventionalis post impleta conditionis temporis debita, exigi potest, etiam si nihil interfuisset rem habere.
- 5 Poena conventionales etiam in foro Conscientiae debentur, si petat creditor.
- 6 Poena conventionalis que continet lucrum inconsideratum non potest licite exigi, cum tunc censetur posita in fraudem usurarum.
- 7 Poena conventionalis apposta latiori quantitate solito fenerari non debetur.
- 8 Poena apposta obligationi dandi quantitatem intra certum terminum, si conditionis partem non soluit, poena committitur pro illa parte tantum, quae non ponderat quantitati non soluta.
- 9 Conciliatur text. in presenti, l. heredis, §. in illa familia heriscunda, l. in executione, §. item l. ita, & l. stipulationem, §. si locum, ff. de testib. signif. & n. 11. 12. & 13.
- 10 Ecclesia non est proma, sed cuiusque & auctoritas ipsa, ac mater aequitatis.

CAP. Suam. IX.

Obligatus soluere certam quantitatem ad certum tempus ut pacto quod non soluendo in tempore designato teneatur ad certam poenam, si soluit maiorem partem debiti, non incidit in poenam propter minorem partem non solutam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 24. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 737. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 5. sub tit. ne clerici, vel monachi, c. 2.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumit, & late discutit Goncalus Mendez de Valconcellos, & Cabedo *diferentiarum iuris argum.* lib. 2. c. 18. per tot. & Valasc. *consult.* 86. n. 1. in fine, ubi n. 2. etiam in fine aduertit hunc text. loqui quando poena debita ex non solutione erat quantitas, & sic ex sui natura dimissibilis.

Termino constituto, &c. Notatur ad hoc, quod poena conventionalis adiecta obligationi dandi quantitatem intra certum terminum non solutam, licet exigere possit, ita tenent Innoc. in *presenti*, Panorm. in *cap. dilecti*, col. 3. vers. sexta, de arbit. ias. & alij in l. 4. §. Cato, ff. de verborum obligat. Turrecremat. in *summa* 14. q. 3. vers. ad rationem, Couar. de *spoliis* p. 2. c. 6. §. 8. num. 11. Contrad. de *contractu* q. 11. concl. 3. Corn. *conf.* 220. Rebuff. in l. unic. verbo *proferantur*, n. 34. & 40. C. de *sententiis*, que pro eo. Gutier. de *iuram. confirm.* p. 1. c. 26. d. n. 10. & canon lib. 1. c. 20. n. 11. Non obstat text. in l. Iulianus, §. idem Papinianus, ff. de *action. empti*, & in l. cum *Allegas*, de *usuris*, & in l. cum *poenam*, ff. eodem, dum probat poenam adiectam dationi quantitatis ultra modum à iure Ciuili approbatum illicitam esse, in fraudem vsurarum censeri appositam, ac proinde hodie omnem poenam censeri in fraudem vsurarum, vt ex mente communis deducit Bero. in *d. cap. dilecti*, n. 81. & Rebuff. in d. l. unic. gl. 1. n. 57. in primis enim responderi potest cum Imola in *presenti*, & alijs citatis à gloss. in *d. l. §. idem Papinianus*, præcitata iura procedere tantum, ubi creditor soluit erat vsuras exercere, tunc enim poena censetur in fraudem, atenta consuetudine eam adicientis, arg. text. in *cap. illo vos*, de *pign.* vel melius supradicto reiecto intellectu dicendum puto, quod attento iure Ciuili, quando præfinitus erat certus vsurarum modus, poena ultra illum appositam in fraudem illarum censetur, & iura loquentia de poena in datione quantitatis adiecta intelligebantur vt poena haberet locum intra terminum vsuris iure præscriptum. Nihilominus tamen licet hodie vsura omnino sint prohibita, non ideo sequitur quamlibet poenam adiectam dationi quantitatis præsumendam esse appositam in fraudem vsurarum: patet siquidem, quando lex Ciuilis terminum vsuris præfinit, etiam taxauit terminum poene, quæ sufficiens erat vt debitor metu illius alliceretur ad soluendum tempore statuto: unde aded in conuentionibus poena, & vsura affines erant, vt vsura, quæ rationem interesse non haberet, poena communiter dicebatur, l. *Causa*, ff. de *usuris*, l. *penult.* & *ult.* ff. de *nautico fœnore*, & insuper qui obligationi quantitatis maiorem poenam adiciebat, quam esset vsurarum modus, iam præsumebatur eam adicere, non ad securitatem solutionis, sed velle vsuras exercere ultra modum prohibitas, easque sub nomine poenæ fraudulenter inuolueret: quare cum hodie nullus sit terminus intra quem vsura concedatur, nec subinde poenæ modus taxetur, si moderata poena obligationi quantitatis adiecta fuerit, non præsumetur in fraudem vsurarum, cum nulla lex sit, quæ huiusmodi

præsumptionem inducat contra creditorem, & pro illo adest præsumptio licita in dubio sumenda, quod sibi voluit prospicere, dum poenam adiecit promatori securitate conuentionis, & ad coarctandum recipientem promissa obseruare, vt optimè aduertit Turrecremata in *summa* 14. q. 3.

Amplia primò, vt locum habeat etiam si nihil interfit danti rem habere, adhuc etiam poenam post impletæ conditionis tempus debitam exigere potest, ita Iusoc. in *presenti*, gloss. & DD. in c. *quoniam* 23. dist. Corn. lib. 2. *conf.* 69. circa finem, Panorm. in d. *cap. dilecti*, col. 3. Contrad. *concl.* 3. Angel. in *summa*, verbo *poena*, n. 12. Armil. eodem verbo n. 5. Tab. verbo *vsura* 9. in fine princ. Cald. Pereira de *emption*, c. 29. n. 8. & patet, nam certum est licitè exigere posse, nec iniustitiam committere, qui extorquet poenam, quæ vel lege iusta debetur, vel licita conuentione fuit in contractum deducta, tradunt Doncl. in *lad. diem*, n. 1. ff. de *verborum obligat.* Couar. de *spoliis* p. 2. c. 6. §. 8. n. 11. Gutier. de *iuram. confirm.* p. 1. c. 36. n. 111. vers. & licet, & Canon. *quest.* d. n. 1. quamvis contrarium imò in poenis conuentionalibus, si manifestè appareat nihil parti interesse, iure Canonico inspecto poenam non esse exigendam, nec iudicem in ea condemnare debere, teneant Sarmien. lib. 2. *select.* c. 6. n. 10. & alij, de quibus Menoch. de *arbitr. casu* 260. n. 27. nisi eorum resolutionem recipiamus in foro exteriori duobus in simul concurrentibus, nempe quod ex conuentione non seruata nullum damnum parti adueniat, deinde, quod probetur consuetudo non exigendi similes poenas, liquidem consuetudo exequat à poena *cap. cum venerabilis*, de *consuetudine*, quamvis alias de rigore iuris poena conuentionalis semper exigere possit, siue interfit, siue non, vt tenet Gutier. d. n. 1. & ibi, n. 6. per text. in l. cum *poena*, ubi gloss. & Barthol. ff. de *arbitr.* concurrentibus tamen supradictis requisitis eatenus poena conuentionalis exigitur, quatenus interest, & non ultra, Gutier. d. n. 11 in fine, Afflict. dec. 135. Auend. in suo *dictionar. verbo poena conuentionalis*, affirmans de stylo Curiarum non fieri condemnationem in huiusmodi poenis, sequitur Azeued. l. 4. n. 57. cum *segg. tit. 21. lib. nona recap.*

Amplia secundò conclusionem procedere non solum in foro exteriori, sed etiam in foro Conscientiæ, nam certum est poenas conuentionales in Conscientia debere, vt per Felin. in c. 1. de *confit.* num. 46. vers. *limita tertio*, Couar. d. §. 8. n. 11. Corn. *conf.* 67. in fine, lib. 2. Gutier. ubi *suprà* à n. 12. Gabriel. lib. 7. *commun. tit. de crim. concl.* 34. n. 9. Molin. de *instit. disp.* 9. ad finem, Cened. ad *Decret. collect.* 2. n. 4. & *collect.* 14. 3. n. 51. quamquam contrarium sine fundamento velit Marant. *disp.* 7. n. 26. attamen dum creditor non petierit talem poenam, non tenebitur debitor eam offerre, quia illius exactio tantum operabitur in poenis conuentionalibus, quantum in legalibus iudicis executionibus, at in poenis legalibus etiam ipso iure impositis certum est illas debere incipere, quando legis rigor frangitur, & præceptum transgreditur, sed illas neminem teneri soluere antequam petantur, aut executio contra se fiat, vt per Couar. d. §. 8. num. 10. Gabriel. d. *concl.* 34. ergo similiter, & idem dicendum videtur in poenis conuentionalibus, illi enim, qui eas promittunt, iusta coniectura præsumunt alios nolle poenas exigere si eas petere neglexerint, Couar. d. n. 11. Rebuff. d. *gloss.* verbo *proferantur*, num. 41. Ex quo iam colligitur poenam adiectam mutuo, sicut cuiuslibet alij obligationi, exigere posse in foro Conscientiæ, si non interueniat fraus, aut iniustitia, Socin. in 4. *dist.* 1. §. *quest.* 2. Contrad. de *contractu* q. 31. Syluest. verbo *vsura* 1. n. 28. Nauar. in *manuali*, c. 17. n. 215. Rebuff. d. *gloss.* 1. n. 69. Gutier. d. c. 20. n. 1.

8 Limita secundò in solito fœnerari, quem adco leges detestantur, vt antiqui eum peiorem, quam furem censuerint, teste Roder. d. loco, n. 1. ratio limitationis est, quia, vt dixi, si pœna conuentionalis posita sit in fraudem vfuratum in nullo fore exigii potest; talis autem præsumitur, quando dationi quantitatis apponitur ab homine solito fœnerari, vt per Innoc. in *presenti*, Turrecr. in *summa* 1.4.9.3. Greg. per text. ibi in *l. fin. tit. 1. part. 5. Rebuff. dist. verbo proferuntur*, n. 4.7. & *glof. 1. n. 68. Gutier. Canon. d. loco, n. 17. & de iuram. confirm. p. 1. c. 2. 6. n. 10.*

10 Obstat tamen maxime text. in *l. heredes*, §. in illa, ff. *famulie heredi cendi*. sed an scire. ff. de pignoriis, *l. in ex-*
ecut. §. item si ita, & in *l. stipulationum*, §. si sortem, ff. de
verborum oblig. ubi habetur talia parte sortis principa-
lis debita propter aliam partem non solutam in to-
tum, pœnam committi. Deinde obstat, quia in text.
pœna apposita fuit sub conditione si principale debi-
tum quadraginta librarum solutum non erit, sed
conditio siquidem est individua facit individuum
actum, in quo concipitur, & illius forma contingit ex
consummatione actus, ut probat text. in *l. si is qui qua-*
draginta, §. quodam, ff. ad legem Falcidiam, ergo pro
parte dinidi non potest, sed in solidum debetur, defi-
ciente scilicet integra solutione principalis. Maior pa-
teret ex text. in presenti, ibi, nisi ea solverent in termino,
&c. minor ex *l. cum fundus* 55. *l. qui duobus* 22. *l. penult.*
ff. de condit. & demonst. Denique obstat litera huius text.
dum enim Pontifex iubet Episcopum contentum esse
cum solutione quadraginta librarum, & super pœna
triginta librarum silentium imponit, expresse docet
pœnam nec in totum, nec pro parte fore exigendam;
necessariò igitur dicendum videtur, aut pœnam in to-
tum committi, ut conditio postulat, aut nullam ex
parte deberi, ut text. habet.

Ex quibus huius text. decisio valde dubia reputatur, & à DD. varij adduci solent intelligitur; inter quos nosster Mendez de Cabedo *diuers. iuris arg. lib. 2. cap. 18. à num. 11.* intelligit pœnam in text. esse indinidnam, & ideo pro parte peti non posse, *l. in executione, §. item si ita. l. §. si sortem. ff. de verb. obligat. eo maxime,* quia Episcopus de quo in presenti, iam receperat sortem principalem, & in iure constat recepta sorte principali amplius de pœna agendum non esse, *l. 2. in princip. ff. si quis cant. l. vi. ff. de eo, quod certo loco.* Sed hic

Quare reiecto etiam eodem fere intelligendi mo-
do quo vitatur Socin. in *presenti*, c. 12. n. 2. communis
DD. Schola autumat, quod licet atque iure Canoni-
ca pena sit indiudiva, tamen attenda requiritur Canonica
indiudiva esse, & solum deberi, quatenus proportio-
nem habuerit cum parte debiti principalis, non so-
luta, ita vt pro rata eius, quod solummodo est, pena multetur,
vt ex aliis tenet Guicr. d. cap. 20. ubi etiam
communem Beron. in d. cap. dilecti, num. 3. refert
Socin. in *presenti*, a. n. 11. eam tamen improbat Cabed.
d. cap. 18. n. 6. ex eo scilicet, quod Pontifici nulli de
nono videtur inducere; sed secundum ius regum
respondere, affumens rationem a iure Ciuili, et tunc
in *1. nam hoc natura*, ff. de conditione indebiti; iuste
quia inter ius Ciuile, & Canonicum quod immu-
tatem stipulationis penalis nulla est facienda di-
rentia, siquidem non reperitur text. qui prohibeat
nam esse indiudivam, vt succedit regula c. 1. *de
operis. vnu*. intendit Sarmient. s. ysaiah. c. 6. n. 1. &
bed. d. loco, n. 6.

Ego verò dicendum puto poenam applicatam
litationi dandi esse indiuiduam, per text. in *d. s. §. si
fortem, & d. l. in executione, §. item si ius, fol. de verbi
significat. Nec huiusmodi resolutioni, obstat textus prædictus,
quatenus habet quod licet totum principale solutum
non fuerit, non tamen ob id possit integra poena parti
non excludi enim indiuiduitatem poene, secundum
quam attentio iure Ciuili tota committitur, quatenus
totum principale solutum non est, imò etiam decedens
dandum relinquit dispositioni iuris Ciuilis, vt ex multis
suadetur. Primo, quia nulla verba in hoc text. respon
sibus iuris Ciuilis, vt bene aduertit Cabello, & alii, in
singulis iuris Ciuilis, vt bene aduertit Cabello, & alii, in
secundo, quia Summus Pontifex in hoc text. respondit
consultationi, vnde videtur de iure respondere, iuxta
doctrinam gloss. vltim. in cap. consultatione de temporaria
ordin. communiter recepte, per vt Nauis in cap. ap
pra, opposit. 2. n. 2. de reform. Tertio quia Pontifex in
prædicti rationem assumit à iure Ciuili, nempe
nam hoc natura, ff. de condit. instest. ergo secundum
ius Ciuile respondere censetur, atque in intellectu
hunc text. Zaxius in *d. s. §. si fortem, n. 5. Fachin. contra
iuris, lib. 1. c. 62. num. penult. Cabel. d. n. 5. Munoz
stant verba huius text. ibi, super poena triginta librarum
memoratos rectores amplius non malefieri, quare respon
detur mentem Roffum Pontif. eo solium tendere, vt
probet excessum poenæ que constat contineri in ma
illa illa triginta librarum, habito respectu ad septem
libras non solutas, quarum rationem tantum, non
residui iam solui poenæ ponti deleri, illa enim
accepto poenæ renuntiatum censetur, vt bene aduer
tit Socini. ibi. *supra*. Cum igitur illi respectu poenæ
inmoderata sit, meritò per hunc text. reprobandus, ad
exemplum etiam iuris Ciuilis, secundum quod im
moderata**

moderata poena reicitur, ut *supra* dictum est, non tamen negat hanc poenam pro ea parte, qua moderata est, in totum committi, vtpote ex ipsa lege, vel partium voluntate individuum.

- 14 Pontificalis modestia, &c.] Notatur ad hoc, quod Ecclesia non est prona ad poenas, ut per Ioseph. Ludovic. *Peris. decis. 90. num. 36.* dicitur enim vltix, & auctrix iustitiae, & mater aequitatis, ut per Sigismund. Seacc. de appellat. q. 7. n. 49.

SUMMARIUM.

- 1 Prælatum suum occidentes priuantur beneficiis, & feudis, quæ habentur ab illis Ecclesiis, & n. 2.
- 3 Episcopum iniuriat, aut temere percutientes sunt excommunicati; nisi causa propriæ defensionis percusserint, & n. 4.
- 5 Civitas aliqui committens contra suum Episcopum incidit in poenam interdicti.

CAP. Ad aures. X.

- 1 Prælatum suum occidentes priuantur beneficiis, & feudis, quæ habentur ab illa Ecclesia, in qua erat Prælatum, & nec ipsi, nec heredes possunt habere eadem beneficia, vel alia quælibet de nouo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. in *ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 241.* Alagona in *compend. iuris Canon. pag. 737.* remissive Ximen. in *concord. p. 2.* refertur ab Anton. Auguft. collect. 4. Decret. lib. 5. tit. 13. cap. 1.
- 2 Collige ex text. omnia beneficia debere amittere illum, qui Prælatum inter fecit Ecclesiæ, ubi illa obtinet, de quo cap. in quibusdam 12. inf. hoc tit. & iam hodie in occidente, capiente, vel banniente Episcopum auctæ sunt poenæ in Clem. 1. hoc tit. ubi percutientes iniuriat, aut temere Episcopum, sunt excommunicati, Nauar. in *man. c. 27. n. 66.* Clar. in *§ fin. q. 77. n. 23.* & Civitas aliqui committens contra suum Episcopum incidit in poenam interdicti, Clar. d. §. fin. q. 77. n. 3. Henric. in *summ. lib. 1. c. 43. §. 5. lit. M.* nisi percussit, aut offenderit causa suæ propriæ defensionis, Clar. d. §. fin. q. 77. num. 23. Fichard. tom. 1. commun. opinion. tit. 1. n. 28. pag. 199.

SUMMARIUM.

- 1 Litigator si temere proruperit contra assertionem iudicis arbitrio superioris puniri debet.
- 2 Iniuria facta officiali Regis videtur facta ipsi Regi.
- 3 Magistratum Regium offendens dicitur saluaguardium infringere.
- 4 Index potest cognoscere, & punire iniuriam sibi factam contemplatione officij, quando poena determinata est à iure, & n. 6.
- 5 Iniuria in dubio præsumitur, non ut iudici, sed ut priuata persona illata.
- 6 Iudicem, qui est in syndicato, offendens qua poena puniatur, remissive.

CAP. Dilectus. XI.

- 1 Litigator quod temere proruperit contra assertionem iudicis, si contiterit, arbitrio superioris puniri debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc.

Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. in *ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 241.* Alagona in *compend. iuris Canon. pag. 738.* remissive Ximen. in *concord. p. 2.* refertur ab Anton. Auguft. collect. 4. Decret. lib. 2. sub tit. 6. de probat. cap. 1.

Temere prorumpentis, &c.] Iniuria enim facta officiali Regis, videtur facta quasi Regi, ex Cyn. in l. si non comitit, C. de iniur. quem refert, & sequitur Auiles ad c. 1. Prator. verbo Tierra, num. 4. fol. 45. Farin. in *praxi crimin. q. 105. n. 126. & 199.* Et offendens Regium magistratum dicitur saluaguardium infringere, cum omnes officiales sint sub securitate Regis, vide Rebuff. in *comment. ad l. 57. ff. de verb. signific. pag. 296.* & ideo ipse index potest cognoscere, & punire iniuriam, quæ sibi facta fuit, Gregor. l. 26. verbo mesurados, tit. 23. partit. 3. Menoch. de arbit. casu 263. n. 7. & 8. Fachin. lib. 6. controuers. c. 9. Decian. in *tract. crimin. lib. 4. c. 42. n. 1. & lib. 7. c. 38. n. 15.* Farinac. in *praxi crimin. p. 1. q. 17. n. 44. cum segg.* Bernard. Græu. ad *præf. Camera Imper. lib. 1. concl. 39.* Intellige de iniuria facta contemplatione officij, non autem de illa, quæ illata fuit, ut priuata persona, ut per Steph. Gratian. *discept. forens. c. 54. n. 7.* Triulan. *Venetie decis. 10. num. 34.* quem refert Aloyf. Rice. in *collect. decis. p. 1. collect. 138. post princip.* Alex. Rauden. *respons. 50. vol. 1.* Bernard. Græu. d. *concl. 39. n. 5.* ubi etiam resoluit quod in dubio præsumitur iniuria, non ut iudici, sed ut priuata persona illata. Intellige etiam, quando iniuria facta iudici est notoria, & habet poenam determinatam à iure, Bonacof. *commun. crimin. p. 1. verbo iniuria, fol. 91. in fine, & verbo index, fol. 100.* Gail. lib. 1. obseru. 39. Aloyf. Rice. d. *collect. 138.* Franc. Viuian. *Neapolis. decis. 278. n. 2.* Alex. Rauden. d. n. 81. Bernard. Græu. d. *concl. 39. n. 9.* De offendente autem iudicem, qui est in syndicato, vide Clar. lib. 5. §. fin. q. 68. n. 21. Hippol. *conf. 115. n. 16.* Tiraq. de *nobilit. c. 28. n. 7.* Auiles ad c. 1. Prator. fol. 73. n. 8. Vincent. de Franch. *decis. 403. n. 2.* Menoch. de arbit. casu 263. n. 10. Perez l. 5. tit. 12. lib. 8. *Ordin. gloss. 1.* Cotta in *memorab. verbo potestas, pag. 695.* Farinac. d. q. 17. n. 38. & p. 3. q. 105. n. 200.

SUMMARIUM.

- 1 Compendium huius text. refertur.
- 2 Beneficiatus occidens Prælatum, aut Combeficiatum, ipso iure priuatur beneficio, quod obinet in eadem Ecclesia.
- 3 Verba, proflus amittat, sententiam ferendam significat.
- 4 Iura ubi absolute dicuntur posse dispensari, intelliguntur de Episcopo.
- 5 Episcopum occidens, vel capiens, & eius posteri usque ad tertiam generationem perdunt quicquid habent ab Ecclesia.

CAP. In quibusdam. XII.

Patroni, Advocati, Vicedomini, non debent super prouidendis Ecclesiis, vel earum possessionibus, & bonis plus sibi usurpare, quam iure permillum est, & si secus, per censuram Ecclesiasticam compellendi sunt. Item si per se, vel per alios præsumperint occidere Rectorem, vel aliquem Clericum ipsius Ecclesiæ, amittant ius patronatus, Aduocati, feudum, vicedominatum, beneficium, & de præmissis nihil perueniat ad heredes, posteri talium usque ad quartam generationem non admittantur in collegio clericorum.

ricorum, nec in domibus Regularium assequantur honorem alicuius Prælationis, nisi cum eis fuerit dispensatum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 242. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 738. remissive Ximen. in concord. p. 1. desumitur ex Concil. generali Lateranen. sub Innocent. III. c. 45. & refertur ab Anton. August. collect. 4. Decret. lib. 5. tit. 13. cap. 2.

2. Probat hic text. beneficium occidentem Prælatum, aut beneficium ipso iure priuari beneficio, quod obtinet in eadem Ecclesia vt per Rebuff. in praxi tit. de modo amittendi beneficia, n. 45. Tolet. in summa lib. 1. c. 88. vers. 7. in nouiss. edit. Turzan. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 9. num. 50. pag. 185. Hieronym. Gabriel. consil. 196. n. 6. lib. 1. & consil. 187. n. 8. lib. 2. Petr. Gregor. de benefic. c. 26. à n. 13. Gonzal. ad reg. 8. cancell. gloss. 15. à n. 77. Nicol. Garc. de benefic. p. 1. c. 10. n. 57. Farin. in praxi crimin. p. 5. q. 1. 19. n. 68. vbi asserit quod hæc priuatio ipso iure procedit ea ratione speciali in beneficio illius Ecclesie, in qua videtur deliquisse, non autem in aliis beneficiis, quæ obtinet in aliis Ecclesiis.
3. Quamvis Azor. in sit. moral. p. 2. lib. 7. c. 18. q. 1. vers. Deinde quæres, dicat, quod in hoc text. non dicitur ipso iure, vel ipso facto amittat, sed simpliciter, amittat, quod verbum non continet sententiam ipso iure latam, sed iudicis sententiam ferendam, & sic ex hoc cap. non constare talem priuationem ipso iure ait Abb. hic n. 7. Respondetur enim potius dictum verbum, mittant, de quo in hoc text. sententiam latam significare, vt resoluit Sayr. in clau. Regia lib. 3. c. 8. n. 21. vers. fallit deinde, non dicitur enim text. simpliciter, sed prorsus amittant, quæ dictio, prorsus, importat ipso iure, vt per Boër. decis. 244. n. 4. Tiraq. in l. si unquam, verbo reuertantur, n. 71. Bernard. Muscatel. de modo fidei in bendi. p. 1. modo 14. num. 12. Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 53. n. 8. quæ omnia habentur in meo tract. de officio, & potest. Episcop. p. 3. alleg. 57. n. 239.
4. Dispensatum.] Ab Episcopo scilicet, quia dispensatio non fuit reservata Papæ, ita Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 5. n. 1. vbi enim iura absolute dicunt posse dispensari, intelliguntur posse Episcopum, vt per gloss. fin. in presenti, & Henric. in summa, p. 2. lib. 14. c. 19. §. 2. lit. P.
5. In gloss. Ad hæredes, ibi, quartam generationem.] Notatur ad hoc, quod occidens, vel capiens Episcopum, aut contra Ecclesiam delinquens, & eius posteri, vsque ad quartam generationem perdunt quicquid habent ab Ecclesia, vt per Daen. regul. 345. limit. 8.

SVMMARIVM.

1. Domino in excommunicatione infordescens subditi fidelitatem non debent.
2. Infordescens per annum in excommunicatione est suspectus de heresi.
3. Declaratur text. in presenti.
4. Nobiles leuius puniuntur.
5. Vassalli per excommunicationem dominorum absolutuntur ab obsequiis, & muneribus illis post excommunicationem præstandis.
6. Pœna temporalis sumitur ab Ecclesia propter excommunicationis contemptum.
7. Nobilitati prouidendum in beneficiis.

Contemnens, & infordescens in excommunicatione, v.g. per duos annos, est suspectus de heresi, sed si est Comes, propter eius nobilitatem si non videtur parere iuri, absoluntur Ecclesie à iure illi debito, & subditi denuntiantur absoluti à iuramento fidelitatis quandiu remanet in excommunicatione. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 143. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 738. remissive Ximen. in concord. p. 1. Hanc Decretalem exornauit Pegna ad Eymeryanum directorio Inquis. p. 2. commento 15.

Non caveat scrupulo heretica, &c.] Adverte, quod infordescens per annum in excommunicatione est suspectus de heresi, de quo vide quæ dixi ad cap. excommunicationis, 13. §. qui ante, de hereticis, vbi plures DD. retuli, multipliciterque declaravi. Neque obstat, quod text. in presenti faciat mentionem de crimine, quia, vt respondet Palat. in repetit. cap. per vestras, de donat. inter virum, §. 18. n. 24. facti contingentium narrat, idem sentire videtur Menoch. de arbit. c. 416. num. 49. & 50. dum habet text. etiam in cap. cum bone, de arate, & qualitate, requirentem triennium non se fundare super illo, sed super temporis duratione ultra annum, additque text. in presenti licet inquatur de laico, esse quoque in clerico intelligentem cum vel nulla in iis sit differentia, vel si est, valde ligatur clericus, tanquam is, qui magis parentetur.

Nobilitati parcere.] Notatur ad hoc, quod nobilitas leuius puniuntur, de quo, & an & quando debeat augeri ratione dignitatis personæ delinquentis vide Simanc. de cathol. in sit. cap. 46. ex num. 57. Ludovic. Mexi. in tract. iusse panis concl. 6. ex num. 11. Penitus et direct. Inquis. p. 2. schol. 13. vers. voluntatem, Jacob. Benni. de primileg. iuriscons. p. 2. prin. 41. Cella. in catalogo gloria mundi p. 8. consider. 33. Tiraq. de nobilit. c. 2. c. 10. num. 108. & de penis temper. cap. 31. Farinac. p. 3. q. 9. §. 93. & alios citatos ad c. cum quidam de in reuoc. n. 2.

Ab eius fidelitatis iuramento, &c.] Notatur ad hoc, quod propter excommunicationem dominorum, vassalli, qui illis sacramento fidelitatis sunt obligati, obsequiorum, & munerum, quæ præstabant eis, post excommunicationem immunitatem adipiscuntur, in S. Antonin. 3. part. tit. 2. §. c. 1. vers. item, bene Paul. Comitoli. responsor. moral. lib. 4. q. 34. n. 6. & 7. Anton. Riccioli. in tract. de iure person. extra gem. Ecclesie excommunicationem, lib. 4. c. 2. n. 1. vbi n. 3. rationem præstat, quare Ecclesia diuersimodè agat cum superioribus ratione iurisdictionis, quam agat cum superioribus respectu potestatis dominicæ.

Penitus absolutos.] Id est, ipso iure, vt per Tiraq. in l. si unquam, verbo reuertantur, num. 87. Nam propter excommunicationis contemptum sumitur per Ecclesiam pœna temporalis, absolendo subditos ab eius subiectione, & debitores ab eius debito, vt per Palat. in repetit. cap. per vestras, de donat. inter virum, num. 2. §. 1. n. 5.

In gloss. Nobilitati, ibi, & in beneficiis eadem magis prouidendum est nobilitati. Vide Tiraq. de nobilit. c. 2. n. 20. cum seqq. Auiles ad cap. Fratrum, verbo à laicis, p. 1. reg. n. 26. fol. 44.